



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Detectio Nvgarvm Lvtheri, Cvm Declaratione Veritatis  
Catholicae, Et Confvtatione Dogmatvm Lvtheranorvm**

**Bundere, Jan van den**

**Louanij, 1551**

De cultu & inuocatione sanctorum. cap. x.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35621**



De cultu &amp; inuocatione sanctorum.

## CAP. X.

**P**HILOMATHES De cultu & inuocatione diuorum persanctè sentit Lutherus. Eisque tantum tribuit quantum catholicus debet.

In libro de decē præceptis decalogi acrius inuect<sup>9</sup> est in Thaboritas & Vvaldeñ sub hac forma, Pighardi infœlices hēretici suas partes à me adiutas non confidant. Qui præ nimia ruditate nobis theutonicis imponunt, quòd sanctos Dei colamus & idola faciamus, & ideo contra nos aceruum versuum scripturæ congregant, in quibus prohibetur ne adoret quis nisi vnum Deū. Insidiosissimè omittunt q̄ scribuntur rex David, & salomō & multi alij adorati. Simul impij sunt peruersores scripturæ & subdoli calūniatores pietatis nostræ.

In eodem lib. ait. Omnes sancti ònia possunt. Et tantum per eos tibi à Deo datur quātum credis te accepturum. Quid enim aliud sunt sancti, nisi velut guttulæ roris siue guttæ noctium in cincinnis & capite sponsi? Sic & *Canti. 5.* in sermone de præparatiōe ad mortē, docebat ægrotum vt inuocaret ònes sanctos angelos, præcipuè angelum suum, Dei genitricem, omnes apostolos, aliosq; sanctos. eos p̄sertim ad quos Deus ei specialē indiderit deuotionem.

D iij

Ortho-



## DE CVLTV ET INVOCAT.

ORTHODOXVS Si huic sententiæ perpetuò adheſiſſet, nõ eſſet neceſſe acrius illum ſtilo perſtringere. Poſteaquàm verò ſuperbia atque inobedientia eum in furorem contra Romanum pótificem concitauerunt, longè aliter de ſanctis & ſcripſit & concionatus eſt. Tunc enim Dei genitrix Maria nihilo erat melior vel maior Luthero. Tunc vicinus eius poterat tam bene iuuare eum quàm illa. Tunc oratio ſua tam bona erat quàm illius. Tunc è tabulis puerorũ eijci oportebat Aue Maria. Tunc impia erant cantica Salve regina, & regina cœli. Item ſancti Apoſtoli Petrus & Paulus nihil amplius poterāt quàm Lutherus. Et qui mendico dabat florenum vnũ, melius faciebat ac plus merebatur, quàm ſi beato Petro aureum templum ædificaret. Item ſancti in terra adhuc viuentes erant vt gemmę, Mortui verò vt ligna erant, immodera erant idola. Hinc inſurrexerunt ſeditioſi prophetę, qui omnes ſanctorum imagines atque etiam ipſius Saluatoris è templis eiecerunt, tam tumultuoſè quàm impiè, Ita vt is melior magiſq; pius habebatur, qui pluribus aut maioribus contumelijs imagines afficere noſſet. Neq; mitiores erant erga oſſa & qualibet reliquias atque exuias diuorum, & incalices monſtrãtiãſque deauratas, donec fu-

rentes



rentes tandem rustici superuenirent, qui templa quoque & monasteria deuaftarent, tanta cum infania atque impietate, vt Lutherus ipse & gladio temporali & æterne damnationi eos adiudicauerit.

Rursus in concione funebri ducis Saxonix, sanctos commédare cœpit in gratiam nimirum sui patroni, quem & martyrem & sanctum dormitorem facere parabat.

Hic vt vbique sui similis non est Lutherus sibi non constans, immo tam varius quàm pardus.

*De sacramento eucharistiæ quid sentiat Lutherus. CAP. XI.*

**P**HILOMATHES Videris mihi lucubrationes Lutheri quàm diligentissimè excussisse. Nunc si vacat de cœna Domini quid sentiat expedias velim.

**ORTHODOXVS** Faciam libenter vt varium & instabile pectus Lutheri propius cognosca s

Incidit nuper Cocleus in libellum quendam Gasparis Querhamer Hallensis, qui miro studio congererat circiter. 36. contrarietates ex diuersis Lutheri libris super vno duntaxat articulo, qui est de communionem eucharistiæ sub vna aut sub vtraque specie.

**D v** Porro